

QUAESTIO 16

UTRUM POSSIT PROBARI SUFFICIENTER

QUOD VOLUNTAS LIBERE CAUSET ACTUS SUOS EFFECTIVE ¹

Quod non: Quia voluntas est libera et tamen non est
 5 activa; igitur non est libere activa. Consequentia patet; anteceden-
 dens probatur, quia est passiva.

Contra: Passivum non est liberum; voluntas est passiva;
 igitur etc.

In ista quaestione primo exponam quid voco libertatem;
 10 secundo, ad quaestionem.

[PRIMUS ARTICULUS]

Circa primum sciendum quod voco ² libertatem potestatem
 qua possum indifferenter et contingenter diversa ponere, ita quod
 possum eundem effectum causare et non causare, nulla diversi-
 15 tate existente alibi extra illam potentiam.

[SECUNDUS ARTICULUS
DIFFICULTATES DUAE]

Circa secundum sunt duae difficultates: prima est utrum
 possit probari sufficienter quod voluntas est libera; secunda,

QUAESTIO 16. - 2 sufficienter] evidenter BCGKXY, om. LM 3 libere] libera M
 5 libere] libera A 6 est] potentia add. BDFZ 12 potestatem om. LM 13 diversa] ef-
 fectum DFZ 15 existente alibi om. DFZ || extra] circa DFZ || potentiam] facta add. DFZ
 19-21 libera... sit om. BCK 19 libera] activa GXY

QUAESTIO 16. - ¹ De hac materia, cf. Ockham, *Expositio Physicorum*
Aristot., II, t. 48 (cod. cit., ff. 116vb-117va); *Expositio in librum Perihermenias*
Aristot., II, c. 7, § 5 (*Opera Philosophica*, II [St. Bonaventure, N.Y. 1977],
 p. 480, 13 - p. 481, 62). ² Cf. Ockham, *Scriptum*, I, d. 1, q. 6 (ed. cit.,
 I, p. 501, 1 - p. 502, 15).

GUILLELMI DE OCKHAM

OPERA PHILOSOPHICA ET THEOLOGICA

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM EDITA

VENERABILIS INCEPTORS

GUILLELMI DE OCKHAM

QUODLIBETA SEPTEM

CURA

INSTITUTI FRANCISCANI

UNIVERSITATIS S. BONAVENTURAE

EDIDIT

JOSEPH C. WEY, C. S. B.

St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1980

St. Bonaventure University

St. Bonaventure, N. Y.

1980

Ca. 1322-1324
 pe:
 36*-38*

supposita libertate voluntatis utrum possit probari sufficienter 20
quod voluntas sit activa.

[AD DIFFICULTATEM 1]

Circa primum dico ³ quod non potest probari per aliquam
rationem, quia omnis ratio hoc probans accipiet aequae ignotum
cum conclusione vel ignotius. Potest tamen evidenter cognosci 25
per experientiam, per hoc quod homo ⁴ experitur quod quan-
tumcumque ratio dictet aliquid, potest tamen voluntas hoc velle
vel non velle vel nolle.

[AD DIFFICULTATEM 2]

Circa secundum dico quod sic. Quod probatur, quia ⁵ activo 30
naturali sufficienti approximato passo disposito et non impedito
sequitur actio necessario; sed omne aliud agens a voluntate est
activum naturale sufficiens et non impeditum, et voluntas est
sufficienter disposita, quia nullum est ibi repugnans nec aliqua
dispositio requisita. 35

Si dicis ⁶: voluntas potest libere pati sine actione, c o n-
t r a hoc est directe ratio facta ⁷, ideo transeo.

20 supposita... voluntatis om. GXY || sufficienter om. DFXYZ 21 sit] potentia add. DFZ
|| activa] passiva G, libera XY 23 potest] sufficienter add. LM, demonstrative add. XY
28 vel... velle om. CDFKXYZ 31 sufficienti] sufficienter BDFGLMXYZ 35 requisi-
ta] adquisita CK, quae deficiat ergo etc add. B, igitur si voluntas non sit activa necessario se-
queretur actio add. LM

³ Cf. Ockham, *Sent.*, III, q. 13 U. ⁴ Cf. Ockham, ibidem; *Sent.*,
IV, q. 14 D (Dictum secundum). ⁵ Cf. Ockham, ibidem, q. 14 G; q.
13 K. ⁶ Cf. Ockham, *Sent.*, II, q. 19 AB. ⁷ Supra, lin. 30-35.

[DUBIUM]

Sed hic est dubium, quia ⁸ impossibile est quod agens, cum
40 existit per tempus in potentia essentiali ad actum, quod reducat
se de potentia ad actum sine omni agente extrinseco; sed voluntas
potest per tempus esse in potentia essentiali ad volitionem; igitur
non potest educere se.

[AD DUBIUM]

45 Respondeo ⁹: assumptum est verum in agente naturali sive
sit corporale sive spirituale, sed in agente libero cuiusmodi est
voluntas est instantia manifesta; quia obiectum potest esse cogni-
tum et praesens voluntati, et omnia alia requisita ad actum vo-
lendi possunt manere per tempus, et tamen post potest elicere
50 actum suum sine omni actione extrinseca; et hoc totum est
propter libertatem suam.

A d p r i n c i p a l e dico ¹⁰ quod idem potest esse activum
et passivum respectu eiusdem, nec ista repugnant.

39 cum] dum DFZ, quod CKY 40 essentiali] aequali BG || quod om. CKMXY
41 omni om. DFZ 42 essentiali] aequali BG, om. L 43 se] ad actum add. LM 45 as-
sumptum] argumentum DFZ, hoc CKXY 46 libero] libere AE 48 praesens voluntati]
prius volitum CK 49 tamen post om. DFZ || potest] non add. DFZ 50 suum] et dein-
de elicere add. DFZ

⁸ Cf. Ockham, *Sent.*, IV, q. 13 K. ⁹ Cf. Ockham, ibidem. ¹⁰ Cf.
Ockham, *Scriptum*, I, d. 10, q. 2 (*Opera Theologica*, III [St. Bonaventure,
N.Y. 1977], p. 343, 21 - p. 344, 8; p. 345, 2-4).